1327. 26. febr. Fitto [illegible] Morbio 13 (98)

In nomine domini Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo septimo Indictione decima die Jovis vigesimo sex-
to februarij dominus Bonac[ursius] filius de Aliate [illegible] civitatis Mediolani porte Ticinensis locavit pensionis nomine ad
benefaciendum ad meliorandum et non [de]peiorandum Jacobino filio quondam domini [illegible] de Arturis de Cimino et Andrio-
lo filio quondam domini Ceraye Bossij civi[bus] Mediolani porte Ticinensis parrochie Sancte Marie Beltradis et cuilibet eorum in
solidum cameram unam seu stazonam [illegible] cum balcono uno versus stratam a solario de supra infra iacentem in dicta
porta et parrochia cui choeret a mane [illegible] dicti lo[catoris] [illegible] et a sero dominorum Raynerij et Jacobi de Aliate a monte
via. Item una alia camera que est in hospitio suo iacente in predicta porta et parrochia et quam tenent cum dicta stazona
et apelatur dicta camera camera de putteo ad quam itur per curiam dicti hospitij cum iure accessiandi per stazonam predictam
seu a stazona predicta ad dictam cameram de putteo per cameram de vino quam in se retinet dictus dominus Bonacursius et que
est in medio ipsius stazone et camere de putteo. Item de una alia camera cum sprangata que est inter dictam cameram
de putteo et scalas per quas itur ad cognam que est desuper dictam cameram de putteo et cum iure accessiandi ad putte-
um ab ostio dicte camere de putteo. Item de posibilitate et facultate descaregandi et descaregari faciendi in curia
dicti [illegible] hospitij vinum bladum et ligna dum non sint burbalie et etiam alias negotiationes spitiarie dum non
impediat nec impeditam teneat dictam curiam ingrediendo moram nisi exonerando et descaregando et gubernando
ipsas res. Et hoc acto quod adveniente festo sancti Michaelis [pro]ximi futuri liceat dicto domino Bonacursio accipere dictis conduc-
toribus dictam cameram cum sprangata dando sibi loco ipsius camere de sprangata cameram de vino quam in se retinet
nunc ipse dominus Bonacursius et tunc ipsi conductores debeant habere accessum ad putteum solomodo per ostium quod nunc est stopatum sub-
tus porticum dicti hospitij [illegible] et non per dictam cameram et tunc pensio augeri debeat in arbitrium boni viri. Eo tenore quod ad annos tres pro-
ximos inceptos [illegible] kalendis marcij proximis futuris et inde deinceps quamdiu utrique parti placuerit predicti conductores teneant omnia suprascripta
locata nomine suprascripto dando et solvendo pensionem omni anno illi domino Bonacursio libras decemocto bonorum imperialium Mediolani sol-
vendo quartam partem [illegible] omnibus tribus mensibus. Unde promiserunt et guadiam dederunt et se et omnia sua bona pignori obligaverunt
predicti conductores dicto locatori ita ut uterque eorum in solidum teneatur et cum effectu conveniri possit de toto et primo loco renuntiando novis
constitutionibus et auxilio epistole divi Adriani dicto domino Bonacursio quod predictam pensionem in terminis predictis eidem dabunt et solvent et
item quod tradent eidem tenutam et decimptationem dictarum rerum locatarum vacuam et expeditam ab omni contradicente persona qua-
documque placuerit dicto locatori tempore preterito et hoc omnibus suis dampnis et expensis et sine dampnis et expensis dicti locatoris
et quod restituent sibi omne dampnum interesse et dispendium quod proinde faceret vel pateretur. Eo acto quod possit dictus dominus Bo-
nacursius ipsos conductores ad premissa omni tempore et ubique et sub omnibus iudicibus convenire renuntiando omnibus ferijs et dilationibus cau-
sarum et cuilibet intellecto [illegible] et quod dare non possit in solutum cartas nec notas debiti communis Mediolani renuntiando omnibus statutis
consilijs et ordinamentis factis vel faciendis per commune Mediolani seu per aliam personam in contrarium et statuto paraticorum et beneficio
eiusdem et constituerunt dicti conductores se tenere et possidere vel quasi omnia sua bona et iura nomine illius creditoris
et pro eo ita quod possit sua auctoritate propria et sine licentia [illegible] bano et nuntio communis Mediolani ubique accipere robare facere
sequestrari occupare capere et detinere [illegible] possessionem intrare et in solutum [illegible] de bonis et rebus illorum usque ad plenam et completam solutionem
et satisfactionem omnium predictorum [illegible] non intelligatur propterea in vel violentia faciat vel inferat renuntiando omni accusationi et defensioni quam
proinde facere possit [illegible] pacis sancti Ambrosij et lege super violentijs. Actum Mediolani in porta Ticinensi in habitatione
dicti domini Bonacursij per me notarium Obertinum de Ponticolo porte Ticinensis notarius. Interfuerunt ibi testes Jacobus filius quondam [illegible]
Stevani de Andel[illegible] Jacobus filius quondam domini Mirani de [illegible]renago et Albertolus de Calce filius quondam Robini omnes
porte Ticinensis parrochie [illegible] Beltradis noti et rogati.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

(S.T.) Ego Johannolus filius [illegible] Bregozi [illegible] Sancti Alexandri [illegible] porte Romane parrochie [illegible] Ambrosio rogatus tradidi et ss.

(S.T.) Ego Mafiolus filius quondam domini Ardericij Rega[illegible] notarius porte Romane [illegible] iussu [illegible] notarij scripsi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1818372207-15

1327. 26. Febr.

15

Stazone [illegible]
[illegible]
1327 26 [illegible]

[illegible]

Markeio 13 (98)

[library stamp, illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1818372207-15